

CUIUS¹ SUPRA ITALICIS DIRECTA.

[H. 7] Pius Romanae urbis archiepiscopus Italicis fratribus salutem in domino.

Scitis, fratres, quia dei agricultura sumus, ideo eius adiutores esse debemus secundum gratiam, quam ipse² dedit nobis. Si autem hoc esse neglexerimus, nulli dubium est, quod

5 damnabimur. Si vero in eius servitio pro³ viribus laboraverimus verique eius adiutores fuerimus eiusque voluntatem implere studuerimus, profecto⁴ ab eo ditabimur⁵, quia uniuscuiusque opus, quale sit, ut ait apostolus, dies domini declarabit⁶ et ignis probabit⁷.

Ad⁸ sedem autem apostolicam perlatum est, quod sint inter vos contentiones et aemulationes⁹, et praedia¹⁰ divinis usibus tradita quidam humanis applicant usibus et domino
10 deo, cui tradita sunt, ea subtrahunt, ut suis usibus inserviant. Quapropter ab omnibus illius usurpationis¹¹ contumelia¹² depellenda est, ne praedia sibi¹³ secretorum caelestium¹⁴ dicata¹⁵
¹⁶ a quibusdam irruentibus vexentur. [H. 8] Quod, si quis praesumpserit, sacrilegus¹⁷ habeatur et sicut sacrilegus iudicetur.

Quellen:

2: *Italicis fratribus* sec. c. 1. vit. Pii in libr. pont. („natione fuit Italus”).

3-7: *Scitis - probabit*, I Cor. III. 9. 10. 13.

10-12: *Quapropter - vexentur*, Cf. Urb. 5.

12f.: *Quod - iudicetur*, Ben. II. 117. 385. (c. 40. C. Th. XVI. 2) adhibito tit. c. 117.

Rezeption:

3-12: *Scitis – vexentur*: Coll. Ans. ded. X,36 (3: *ideo – debemus* fehlt).

8-13: *Ad – iudicetur*: Ps.-Remedius c. 33; Burchard XI,29;

9-13: *praedia – iudicetur*: Sentenzen c. 263; Anselm v. Lucca V, 32 (12f.: *sacrilegus – sicut* fehlt); Ivo, Decr. XIII,39; Polycarpus VI,14,12 (9f.: *domino deo*] *Deo nostro*); Gratian C. XII, q. 2, c. 5 (12f.: *sacrilegus – sicut* fehlt).

12-21: *Quod – consentiunt*: Coll. Ans. ded. X,37; Regino app. III,39 (12: *praesumpserit*] *praesumpserit praedia ecclesiastica sibi usurpare, ipsosque clericos et Domini sacerdotes persequi* [vgl. einstweilen Rubrik der ed. Hinschius zu c. 8]).

¹ CUIUS SUPRA ITALICIS DIRECTA] ITEM EIUSDEM I83

² ipsa O93; ipse korr. aus ipsa V630

³ am Rande secundum virtutes VD38

⁴ interlinear certe VD38

⁵ am Rande divites efficiemur VD38

⁶ declarabit korr. aus clarabit O93

⁷ probabit korr. aus probavit O93

⁸ A I83

⁹ interlinear invidie VD38

¹⁰ am Rande agros VD38

¹¹ usurpationibus VD38

¹² am Rande obprobrium calumnia VD38

¹³ usibus VD38

¹⁴ caelestia I83

¹⁵ indicata I83; indita VD38

¹⁶ dicata a] dicata korr. aus dicat a V630

¹⁷ am Rande fur sacrarum rerum VD38

Ipsos autem, qui hoc agunt, clericos¹⁸ et domini sacerdotes persequi¹⁹ eosque infamari²⁰
 15 audivimus, ut malum super malum addant et deteriores²¹ fiant, non intellegentes, quod
 ecclesia²² dei in sacerdotibus²³ consistit et crescit in templum dei et, sicut, qui ecclesiam
 dei vastat, eius praedia et donaria²⁴ exspoliatur²⁵ et invadit, fit sacrilegus²⁶, sic²⁷ et²⁸ ille, qui
 eius sacerdotes insequitur, sacrilegii reus existit et sacrilegus iudicatur. Aemulamini, fratres,
 carismata meliora et nolite talia agere, nec²⁹ eis misceri aut consentire, qui talia agunt,
 20 quoniam³⁰ non solum, qui talia agunt, sunt huius³¹ criminis³² rei³³, sed qui facientibus
 consentiunt. [H. 9] Non ergo gravius peccatum est fornicatio quam sacrilegium³⁴, et sicut
 maius peccatum³⁵ est, quod in deum committitur³⁶ quam quod in hominem, sic gravius est
 sacrilegium agere quam fornicare³⁷. De talibus enim ait apostolus: Et vos inflati estis et non

Quellen:

- 16: *ecclesia - consistit*, Ben. II.99. (constitutio Theodosii II. et Valentiniani III. ad Albinum a. 430, ed. Haenel, Corpus legum p. 241b)
 16: *et - dei*, Ephes. II. 21.
 16f.: *et sicut - sacrilegus* sec. Ben. II. 117. tit.
 18f.: *Aemulamini - meliora*, I Cor. XII. 31.
 20f.: *quoniam - consentiunt*, Ben. III. 261. 386. (Rom. I. 32). Cf. Anacl. 19, Alex. 6, Telesf. 3, Fab. 6, Luc. 7, Iul. 10, Pelag. II. pp. ep. 1.
 23-38: *Et vos - ipsis*, I Cor. V. 2-13.

Rezeption:

- 16-18: *sicut – iudicatur*: Anselm v. Lucca V,27; Ivo, Decr. V,243 (s. auch 1. Pius Brief, 31-34; 1. Pius-Brief 50,52; 2. Pius-Brief 21-23; 2. Pius-Brief 53-56); Polycarpus (VI,14,3) (s. auch 21-23); Gratian C. XVII, q. 4, c. 12 (s. auch 21-23).
 21-23: *Non – fornicare*: Coll. Ans. ded. X,39; Ps.-Remedius c. 34; Polycarpus VI,14,3 (s. auch 16-18) (22: *est*] *est peccatum*) Gratian C. XVII, q. 4, c. 12 (s. auch 16-18).
 21-23: *et – fornicare*: Ivo, Decr. V,243 (s. auch 1. Pius Brief, 31-34; 1. Pius-Brief 50,52; 2. Pius-Brief 16-18; 2. Pius-Brief 53-56).

¹⁸ clericos V630

¹⁹ vexare VD38

²⁰ infamare V630

²¹ *am Rande* peiores VD38

²² ecclesiam I83; VD38

²³ sacerdotibus *korr. aus* sacerdotibus O93

²⁴ donaria] donari O93 donari et I83

²⁵ spoliatur VD38

²⁶ sacrilegus, sic et ille, qui eius sacerdotes insequitur, sacrilegii reus existit et sacrilegus *korr. aus* sacrilegus O93

²⁷ *am Rande* Quod sacrilegus sit, qui sacerdotes dei insequitur I83

²⁸ et *fehlt* VD38

²⁹ nec eis misceri aut consentire, qui talia agunt *fehlt* I83; VD38

³⁰ quoniam non *korr. aus* quoniam O93

³¹ unius I83

³² criminis *korr. aus* crimini VD38

³³ reis *korr. aus* reus VD38

³⁴ sacrilegium *korr. aus* sacrilegum O93

³⁵ peccatum est] est peccatum V630

³⁶ committitur *korr. aus* committatur O93

³⁷ fornicari V630; VD38

magis luctum habuistis, ut tollatur de³⁸ medio vestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem
 25 absens corpore, praesens autem spiritu, iam iudicavi ut³⁹ praesens eum, qui sic operatus est,
 in nomine domini nostri⁴⁰ Iesu Christi congregatis⁴¹ vobis et meo spiritu cum virtute domini
 Iesu tradere huiusmodi satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini nostri
 Iesu Christi. Non bona gloriatio vestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam
 corrumpit? Expurgate, inquit apostolus, vetus fermentum, ut sitis nova conspersio⁴², sicut
 30 estis azimi⁴³. Etenim⁴⁴ pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in
 fermento veteri neque⁴⁵ in fermento maliciae et nequitiae, sed in azimis sinceritatis et
 veritatis. Scripsi vobis in epistola, ait idem⁴⁶ apostolus, ne commisceamini fornicariis, non
 utique fornicariis⁴⁷ huius mundi aut avaris aut rapacibus aut idolis⁴⁸ servientibus. Alioquin⁴⁹
 debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis non commisceri. Si quis⁵⁰ frater
 35 nominatus est fornicator aut avarus aut idolis serviens aut maledicus aut ebriosus aut rapax,
 cum eiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de⁵¹ his, qui foris⁵² sunt, iudicare?
 Nonne⁵³ de his, qui intus sunt, vos iudicatis⁵⁴? Nam eos, qui foris⁵⁵ sunt, deus iudicabit⁵⁶.
 Auferte⁵⁷ malum ex vobis ipsis. Audet⁵⁸ aliquis vestrum, habens negotium adversus alterum,
 iudicari apud iniquos et non apud sanctos? An nescitis, quoniam sancti⁵⁹ de mundo
 40 iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis quidem⁶⁰, ut de minimis
 iudicetis. Nescitis, quoniam angelos⁶¹ iudicabimus, quanto magis saecularia? Saecularia igitur

Quellen:

38-51: *Audet - nostri*, I Cor. VI. 1-11.

³⁸ de medio vestrum *fehlt I83*

³⁹ ut presens *korr. aus* ut pre ut presens *I83*

⁴⁰ nostri *fehlt I83*

⁴¹ congregatis vobis et meo spiritu cum virtute domini Iesu tradere huiusmodi satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini nostri Iesu Christi *fehlt I83; VD38*

⁴² conspersio *I83*

⁴³ azimi *korr. aus* agimi *VD38*

⁴⁴ Etenim] Et eram *VD38*

⁴⁵ neque in fermento *korr. aus* neque in fermento neque in fermento *V630*

⁴⁶ idem] idem ipse *V630*

⁴⁷ fornicariis *fehlt VD38*

⁴⁸ idoli *N442*

⁴⁹ *am Rande* aliter *VD38*

⁵⁰ quis] is qui *N442*; quis autem *V630*

⁵¹ de his *fehlt I83*

⁵² fori *VD38*

⁵³ non *O93*

⁵⁴ iudicatis *I83*

⁵⁵ fori *VD38*

⁵⁶ iudicabit *N442*

⁵⁷ auferte *korr. aus* aut ferte *O93*

⁵⁸ Audet] Aut det *VD38*

⁵⁹ sancti] sancti dei *V630; VD38*

⁶⁰ quidem ut de minimis] qui de mundo *VD38*

⁶¹ *am Rande* demones *VD38*

iudicia, si habueritis, contemptibiles⁶², qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico, sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem⁶³ suum, sed frater cum fratre⁶⁴ iudicio contendit, et hoc apud infideles⁶⁵? Iam
 45 quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia⁶⁶ habetis⁶⁷ 68 inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem⁶⁹ patimini? Sed vos iniuriam facitis et fraudatis, et hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnum dei non possidebunt? Nolite errare. Neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque
 50 rapaces regnum dei⁷⁰ possidebunt. Et haec quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi et in spiritu dei nostri.

De cetero salva in omnibus apostolica auctoritate quaecumque sunt ad religionis observantiam pertinentia⁷¹, locis suis et a suae dioceseos synodis audiantur⁷². [H. 10] Et⁷³ si quis sacerdotum vel reliquorum clericorum suo⁷⁴ episcopo inoboediens fuerit aut ei insidias
 55 paraverit aut contumeliam aut calumniam et convinci poterit⁷⁵, mox curiae⁷⁶ tradatur. Qui autem facit iniuriam, recipiat⁷⁷ hoc, quod inique⁷⁸ gessit. Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. Evigilate iusti⁷⁹ et nolite peccare. Data Idus Martii Claro et Severo vv. cc. cons.

Quellen:

52f.: *De - audiantur*, Ben. II. 113. 381. (c. 23. C. Th. XVI. 2).

53-55: *Et - tradatur* sec. epit. cod. Par. supp. lat. 215. ad c. 5. 1. Rom. Visig. C. Th. XVI. 1. Cf. Fab. 21, Steph. 12.

55f.: *Qui - gessit*, Coloss. III. 25.

56f.: *Corrumpunt - peccare*, I Cor. XV. 33. 34.

57f.: Nota cons. des. ex c. 1. vit. Pii in libr. pontif.

Rezeption:

53-56: *Et - peccare*: Coll. Ans. ded. IV,49.

53-56: *si - gessit*: Coll. Ans. ded. V,65; Anselm v. Lucca VIII,16 (55: *et - poterit] vel convitia intulerit*); Ivo, Decr. V,243 (s. auch 1. Pius Brief, 31-34; 1. Pius-Brief 50,52; 2. Pius-Brief 16-18; 2. Pius-Brief 21-23); Polycarpus IV,35,22 (54: *vel - clericorum] monachorum*; 55: *et - poterit] vel convitia intulerit*); (Gratian C. X, q. 1, c. 18 (55: *et - poterit] vel convitia intulerit, et convinci potuerit*)).

⁶² *am Rande* dispecti VD38

⁶³ fratrem] fratrem et fratrem VD38

⁶⁴ fratre] fratre in I83

⁶⁵ infideles *korr. aus* fideles O93

⁶⁶ iudicia *korr. aus* iudicio I83

⁶⁷ habetis *fehlt* I83

⁶⁸ habetis inter vos] inter vos habetis VD38

⁶⁹ fraude I83

⁷⁰ dei *korr. aus* dei non I83; dei] dei non VD38

⁷¹ pertinentia *korr. aus* pertinentiam V630; pertinentia in I83

⁷² audiatur I83; VD38

⁷³ *am Rande* De sacerdote vel clericis insidiantibus episcopo I83

⁷⁴ suo *fehlt* VD38

⁷⁵ potuerit *korr. aus* poterit V630; potuerit N442; I83

⁷⁶ *am Rande* servitio rei publice VD38

⁷⁷ recipiet VD38

⁷⁸ inique gessit] gessit inique I83

⁷⁹ iuste VD38